lo [1] *ſtantes cadaver ventilare videntur*, ſi hoc ex voluntate fiat vel teſtatoris, vel heredis: fiant [illico] cives Romani. Et ne quis vana liberalitate jactare ſe concedatur, ut populus quidem eum quaſi humanum reſpiciat, multos pileatos [2] in funus procedentes adſpiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in priſtina ſervitute, publico teſtimonio defraudati: fiant itaque & [hi cives] Romani: jure tamen patronatus patronis integro reſervato. §. 6. Illo proculdubio obſervando, ut ſi quis ſive in teſtamento, ſive vindicta quendam manumiſerit, licet [3] hoc dixerit vel ſcripſerit, quod voluerit [eum] eſſe Latinum; ſupervacua adjectio Latinitatis aboleatur, [&] ita fiat civis Romanus; ne modi qui ab antiqua obſervatione in civitatem Romanam homines perducebant, per privatorum [4] voluntates diminui videantur. §. 7. Sed & ſi ſub [5] conditione quidem libertatem ſervo ſuo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus heres libertatem ei impoſuerit: non ut antea Latinus, ſed civis [6] fiat [7] Romanus. Et ſi quidem conditio defecerit, ipſius heredis qui libertatem impoſuerit, maneat libertus. Sin autem fuerit adimpleta [conditio:] ne eripiatur liberis forſitan, & cognatis jus patronatus, Orcinus [8] libertus videatur, & ad eum jura patronatus perveniant, cui leges concedunt. §. 8. Illud etiam ſatis acerbum nobis viſum eſt, quod putabat antiquitas, ſi in liberali judicio ſuperatus fuerat ſervus a domino, deinde ſervi [9] pretium ab aliquo ei perſolutum eſt, in Latinitate eum remorari: quemadmodum enim rationabile eſt, & pretio eum perfrui, & mortis liberti tempore denuo eum in ſervitutem deducere, cum non ſint ambo caſus ſibi conſentanei? Et in præſenti igitur caſu libertas Romana ei accedat, jure patronatus minime ei ſubnixo: quia ipſe quodammodo ſibi libertus invenitur. §. 9. Sed & ſi quis homini libero ſuam ancillam [10], in matrimonium collocaverit, & dotem pro ea conſcripſerit: (quod ſolitum eſt in liberis perſonis ſolum procedere) ancilla non Latina, ſed civis efficiatur Romana. Si enim hoc, quod frequentiſſime in cives Romanos, & maxime in nobiles perſonas fieri ſolet, id eſt, dotalis inſtrumenti conſcriptio, & in hac perſona adhibita eſt, neceſſarium eſt, conſentaneum effectum hujus ſcripturæ obſervari.

In AUTHENT. de nupt. §. ſi vero ab initio. & §. adſcriptitio. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 10. & 17.

AD *hoc qui ſuam ancillam credenti tradidit in matrimonium tanquam liberam: ſive conſecerit dotalia inſtrumenta ſive non; aut ſciens eam duci, tacuit ex ſtudio: dominium ejus amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de ſervo. Si vero nec domini voluntas, nec taciturnitas ſtudioſa interveniat, & quis credidit liberæ ſe jungi perſonæ, illa vero famula exiſtere declaretur: ipſo jure matrimonium non tenet. Adſcriptitio autem alieno nubere liberam non licet ignorante, vel ſciente, nec conſentiente domino: immo datur licentia domino perſe, vel per Præſidem abſtrahere adſcriptitium ſuum & plagis mediocribus eum caſtigare.*

§. 10. Similique modo ſi dominus inter acta quendam ſervum filium ſuum nominaverit [11], voci ejus quantum ad liberam conditionem, credendum eſt: ſi enim ipſe tali affectione fuerit accenſus, ut etiam filium ſuum ſervum nominare non indignetur; & hoc non ſecreto, neque inter ſolos amicos, ſed etiam actis intervenientibus, & quaſi in judicii figura nominaverit, quomodo poteſt eum ſervum iterum falſum morientem habere? ſed perducatur & ipſe in civitatem Romanam, vera libertate, & non falſo ſermone domini ſui ſuſtentatus.

§. 11. Ille autem noviſſimus antiquæ Latinitatis modus in civitatem Romanam translatus eligendus eſt, ſi quis inſtrumenta [12], ex quibus ſervus oſtendebatur, vel dederit ſervo, vel corruperit. Sed ne furandi occaſio ſervis forſitan detur, & ſua malignitate in libertatem perveniant: talis modus certa, & indubitata probatione manifeſtetur, ut teſtibus præſentibus non minus quinque dominus inſtrumenta, vel det famulo ſuo, vel deleat, aut alio modo corrumpat. Ex eo igitur modo civitatem Romanam ei competere cenſemus, falvo jure patronatus, tam in hac ſpecie, quam in cæteris: niſi ubi ſpecialiter hoc patronis denegavimus. §. 12. His tantummodo caſibus ex omni jure Latinitatis antiquæ electis, cæteri [13] omnes modi, qui in libris prudentium, vel conſtitutionibus enumerati ſunt, penitus conquieſcant: nec Latini ab eis procedant, ſed maneant (ut dictum eſt) ſervi in ſua conditione, nec tali remedio abuti concedantur: & ne in poſterum aliquod jus Latinæ libertatis noſtris legibus incurrat, lex Junia taceat, Largiano Senatusconſulto ceſſante, fileat Edictum divi Trajani, quod [ex] ea ſequebatur, & ſi qua alia lex, vel Senatusconſultum, vel etiam Conſtitutio loquitur de Latinis: ea inefficax, quantum ad eam partem, remaneat, & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, uno directo tramite diſcat ambulare. Quod ſi aliqua lex vel conſtitutio libertatis facit mentionem, non autem Latinitatis: ea pro civitate Romana loqui intelligatur.

§. 13. Sed ſi quidam liberti jam mortui [14] ſunt, & bona eorum quaſi Latinorum his quorum intererat, aggregata ſunt, vel adhuc vivunt, nihil ex hac lege innovetur: ſed maneant apud eos jure antiquo firmiter detenta, & vindicanda. In futuris autem libertis præſens conſtitutio locum ſibi vindicet. Dat. Kal. Nov. *Conſtant.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS IV. CONSS.

TIT. VII.

DE COMMUNI [15] SERVO MANUMISSO.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

IN communes ſervos, eorumque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem imponentis acreſcit, necne, & maxime inter milites qui hujusmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta eſt apud veteres juris autores: & inventa eſt conſtitutio apud Martianum in conſtitutionibus [16] divi Severi, per quam idem Imperator diſpoſuit neceſſitatem [17] imponi heredibus militis comparare partem ſocii, & ſervum libertate donare. Sed & alia conſtitutio [divorum] Severi, & Antonini principum reperta eſt, ex qua generaliter neceſſitas [18] imponebatur ſocio partem ſuam ſocio vendere, quatenus libertas ſervo imponatur: licet nihil lucri ex ſubſtantia ſocii morientis alii ſocio accedat, pretio videlicet arbitrio Prætoris conſtituendo, ſecundum ea quæ [&] Ulpianus [19] *lib. 6. fideicommiſſorum*, & Paulus *lib. 3.* [20] *fideicommiſſorum refert*: Ubi & hoc relatum eſt quod & Sextus Ælius [21] juris antiqui conditor [22] definivit, ſocium per Prætorem compelli [23], ſuam partem vendere, quatenus liber ſervus efficiatur, quod & Marcellus apud Julianum [24] *in ejus Digeſtis* [25] notat [26], hocque Marcellus, cum Julianum notaret, retuliſſe palam eſt.

§. 1. His itaque apud veteres juris auctores inventis, decidentes [27] tales altercationes generaliter ſancimus, ut nulla inducatur differentia militis ſeu privati in ſervis communibus: ſed in omnibus communibus [28] famulis, ſive inter vivos, ſive in ultima diſpoſitione libertatem quis legitimam imponere communi ſervo voluerit, hoc faciat: neceſſitatem [29] habente ſocio vendere [30] partem ſuam quantam in ſervo poſſidet, ſive dimidiam, ſive tertiam, ſive quantamcunque. Et ſi plures ſint ſocii, uno ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes neceſſitatem habere partes ſuas quas in ſervo poſſident, vendere [31] ipſi qui libertatem ſervo imponere deſiderat, vel heredi ejus: licet & ipſe communis ſervus heres inſtitutus ſit, & hoc moriturus dixerit: ita tamen, ut omnimodo ipſe qui partes alias comparaverit, vel heredes ejus libertatem imponant. §. 2. Sin autem ſocius vel ſocii recuſaverint pretium accipere: licentiam ei damus offerre hoc per publicas perſonas, & ſigillo impreſſo in [32] eadem ſacram deponere, & ſic habere facultatem ſervum libertate donare, & eum habere pleniſſimam libertatem, & civitate Romana perfrui, & nullum timere ex ſociis: ſibimet enim imputent, ſi cum liceret [eis] lucrari pretium, hoc accipere diſtulerunt. §. 3. Sed ne circa peculium ſervi aliqua fiat dubitatio: peculium ejus in omnes ſocios pervenire jubemus ex partibus, pro quibus quisque dominium ſervi poſſidet. Licentia [33] concedenda ei, qui libertatem moriens imponit, etiam ejus peculium, quod ei attingit, liberto concedere. Jura autem patronatus proculdubio pro ſuo ordine ad eum venire, qui libertatem donavit.

§. 4. Sin autem ſervus ratiociniis ſuppoſitus eſt: ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, Præſidem Provinciæ, vel competentem judicem tempus ſtatuere [oportet] intra quod debeat ratiociniis antea factis, & debitis, quæ ex his apparuerint, redditis, ita ad libertatem venire. §. 5. Ne autem quantitas [34] ſervilis pretii ſit incerta, ſed manifeſta: ſancimus ſervi pretium, ſive ancillæ, ſi nulla arte ſunt imbuti, viginti ſolidis taxari: his videlicet, qui usque ad decimum annum ſuæ venerint ætatis, in decem [35] tantummodo ſolidis ponendis. † Sin autem aliqua arte [36] præditi ſint, exceptis Notariis, & Medicis, usque ad triginta ſolidos pretium eorum redigi, ſive in maſculis, ſive in fœminis. † Sin autem *notarius* ſit, vel *medicus*, ſive maſculus ſive fœmina [37]: notarius [38] quidem usque ad quinquaginta, medicus [39] autem usque ad ſexaginta taxetur.

† Sin vero *eunuchi* [40] ſint ſervi communes, majores decem annis: ſiquidem ſine arte ſint, in quinquaginta ſolidis colligendos compurentur, ſi autem artifices, usque ad ſeptuaginta. Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta ſolidis æſtimari volumus, & eorum partem competentem ſocii accipient, & libertatem eis per competentes judices imponere compellentur. §. 6. Sin autem uno ex ſociis libertatem, ſive imponere, ſive relinquere ſervo cupiente & pretium dante, alter, vel alteri ex his ipſi ſe velle dixerint libertatem imponere, & pretium dare, melior quidem cauſa erit ejus, qui primus ad hanc rationem pietatis [41] pervenit. Si tamen ſub obtentu libertatis, & ipſi ad hoc profiluerint, tunc judicem competentem omnes compellere ſine pretio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes ſecundum

dum eſt. videri manumiſſos ſolitos fuiſſe albas veſtes ſumere. Tertull. *de reſurrect. carnis. & familiam tuam libertate mutaveris, & veſtis illos nitere.* vide Cujac. 3. obſ. 24. adde Antonium Gutherium *in Polyhiſtore cap.* 1. ubi de veteribus nudo capite propalam incedentibus, ſed & manumiſſi quoque ſumebant plerumque patronorum nomina, ut autor eſt Artemidorus in ὀνειροκριτικοῖς. dixi ad *l.* 9. *J. de liberali cauſa.* De pileis plura nos aliquando, Deo dante, *in noſtris ad hunc locum Commentariis* dicemus.

1 Leſti præferebantur in funere. Tacit. *lib.* 16. *Tres igitur lectulos ad ſupremam retinere* jubet. Cicero 2. *de Legib. Ne lecti plures inferentur lege ſanctum eſt.* adde Habicurn. *lib.* 4. 2 Servi pileati cadaver domini antecedentes, vel in lecto cadaveris ſtantes liberi efficiuntur. dixi *ſuperius.* & in Commentariis dicemus quoque plenius. 3 Non attendituor voluntas teſtatoris Latinum facere geſtientis. 4 Jus publicum teſtamento mutari non poteſt, *ut hic, & l.* 55. *ff. de leg.* 1. *l.* 5. §. 7. *ff. de admin. & peric. tut. l.* 20. *ff. de oper. libert.* 5 Si heres manumittit ſervum pendente conditione libertatis ſibi relictæ, tenet libertas: ſed cujus ſit libertus, eventus oſtendit. *6. l.* 2. §. 15. *ff. de Rutilio.* 7 Atqui nemo contra defuncti voluntatem manumittendus. *l.* 31. §. 1. *ff. ad SC. Trebellian.* 8 Dixi ad Ulp. 2. §. 8. 9 Si pretium recipit dominus, ut ſervus in libertate moretur, vel ut manumittatur, non fit libertus Latinus, ſed libertus tantum. 10 Si dominus jungit ancillam libero, libera efficitur. adde *Vero. 2. cap.* 11. 11 Servus apud acta filius a domino nominatus, non fit quidem filius, ſed liber. *Inſt. de adopt. in fin. & ibi Theophil.* 12 Servitutis inſtrumento ſervo tradito, vel corrupto coram quinque teſtibus ſervus ſit liber. 13 Leges de Latina libertate abrogantur. 14 Hæc conſtitutio non pertinet ad libertos jam mortuos.

15 Paul. *a. ſentent.* 12. §. 1. Ulpian. 1. §. 18. §. 19. 16 *Inſtitutionibus*, Cujac. *hic.* 17 De ſervo communi a milite manumiſſo. 18 De ſervo communi a pagano manumiſſo vide Cujac. *7. obſerv.* 25. ubi de variis appellationibus Jurisconſulorum tractat. 19 Vide Ulpian. *d. loco.* 20 Adde Paul. *d. loco.* 21 *Cæcilius*, Hal. 22 Scripſit enim Ælius *ad leges* 12. *tabul.* 23 Vide *l.* 2. §. *de comm. rer. ſtipul.* 24 *l.* 30. *ff. de liberali cauſa.* 25 Eſt & hæc Marcelli ſententia in *l.* 16. *ff. de SC. Silanian.* 26 Hæc eſt 43. dicitio ex quinquaginta novis Juſtinianis. vide Inglois. *Auſ.*

27 Marcellus notas compoſuit ad Digeſta Juliani. 28 Communes famuli, id eſt, paganorum famuli. 29 *l.* ult. *Inſt. de donat. l.* 18. *ff. de vulgari.* 30 Et ita pars ſocio non decreſcit, ut olim. vide Ulp. 1. §. 18. §. 19. 31 Inviti nonnunquam cogimur res noſtras vendere. vide quæ ſcripſi ad *l. invito.* 69. *l. invitis*, 156. *ff. de reg. jur.* 32 Deponebantur res, ut ſæpius, in ædem apud ſanctiores: cujus rei exſtit exemplum apud Plautum *in Bacchidib.* ædituos. *Xenoph. περὶ ἀναβάσεως.* Herodianus refert in Marco, ſub Commodo templum Pacis arſiſſe, in quo multa privatorum depoſita conſumpta. Idem Hieroſolymis factum ac ſervatum fuit. 2. *Machab.* 1. 33 Alius peculium ſibi legetur, non debetur. *l.* 1. *J. de peculio ejus qui libert. nec.* §. 20. *verſ. peculium. inſt. de legatis.* 34 De ſervorum pretiis legitimis, adde *Synopſ. Inſtit. 7. tit.* 6. *ex lib.* 42. *tit.* 14. *c.* 4. & 1. Harm. 18. §. 15. 35 Æſtimatio hæc vulgaris ſervi fuit. *l.* 5. *comm. de leg. l.* 2. *ff. de filiis. libert. l.* 31. *ff. de minoris.* l. 8. §. 17. *l.* 9. *ff. de inoff. l.* 47. *ff. de manum. teſtam.* olim quindecim. *l. ult. ff. de cond. inſtit. l.* 31. §. 3. *J. de donat. l.* 26. *in fin. ff. mandati.* his adjiciendum, bona fide duobus etiam lotidis ancillam emi poſſe. *l.* 74. *ff. de furtis.* 36 Servorum artificum pretium. 37 Fœminæ medicinam exercuerunt. 38 Servi notarii pretium. adde *l.* 2. §. *commun. de legat.* 39 Servi medici pretium. vide *d. leg.* 3. Hinc colligas, veteres medicinam per ſervos exercuiſſe. *ad hic. & l.* 3. §. *comm. de legat. l.* 25. §. 2. *ff. de oper. libert.* Sueton. *Nerone.* 7. Quintil. 2. Strabo. 3. *de benefciis* 24. Cicero *pro Deiotaro.* Varro 1. *de re ruſtica* 16. Galenus 1. *de ordine.* ut & per libertos. *l.* 25. §. 2. *l.* 26. *ff. de operis libert. l.* 41. §. 6. *ff. de fideicomm. libert.* Poſtea Julius Cæſar Medicinæ profeſſores civitate donavit, *teſte Suetonio* 42. a Julio Auguſtus valetudine recuperata ope liberti Muſæ (cui & jus aureorum annulorum & ingentem pecuniam cum bonis dedit: quemadmodum etiam patres eidem ſtatuam ære collato, juxta ſignum Æſculapii ſtatuerunt *teſte Sueton.* adde 19. Plin. 8. & 25. 6. 7. & 29. *cap.* 1.) univerſo Medicorum ordini immunitatem civilium munerum dedit. Dion. 53. Hujusmodi poſtea immunitas Medicis Veſpaliani, Hadriani & aliorum imperatorum reſcriptis confervata fuit. *l. ult.* §. 30. *ff. de muneribs. l.* 5. *J. de profeſſoribs. & medicis. lib.* 10. *tit.* 52. ubi dixi *de immunitate medicis conceſſa.* 40 Servi *Eunuchi* pretium. vide *d. l.* 3. 41 Cauſa libertatis inter pias cauſas numeratur. hic adde quæ de libertate dixi *d. l.* 20. *ff. de reg. jur.*

partem

partem dominii diſtribuendo: jura autem patronatus ſecundum ſui naturam omnibus, qui libertatem impoſuerint, æqualiter habentibus.

§. 7. Jus autem accreſcendi [1], quod antiqua jura in communibus ſervis manumittendis introducebant, nullius eſſe momenti, nec in poſterum frequentari penitus concedimus. Dat. Kal. April. LAMPADIO, & ORESTE VVt CC. CONSS. 530.

Si alter ex dominis partem, quam habet in ſervo, ipſi legavit, dicitur ex benigna interpretatione libertatem reliquiſſe. Salic.

2. Idem A. Juliano P. P.

CUm apud omnes jurisperitos hoc placitum eſt, ut ſervus communis apud unumquemque dominum partim ſit proprius [2], partim alienus, ut ex hac cauſa poſſit & ipſe legato honorari, & ipſe legari, hujusmodi incidit quæſtio: Duo, vel plures domini communem ſervum habebant, ſed unus ex his ipſi ſervo ſuam partem, quam in eo habebat, legavit. Et ſemel accepta dubitationis occaſione, hoc vetuſtas in magnum extulit certamen. Nos igitur ſenſum hujus legati crebra indagatione aggredientes, dupliciem eum eſſe opinamur: aut enim putavit teſtator liberum fieri poſſe ex parte ſervum, qui hujusmodi legatum ei reliquit: aut, ſi hoc minime cogitavit, affectus ſocii fecit, ut ei acquiratur: heredes autem ſuos eundem ſervum poſſidere minime voluit: ut ſit manifeſtum a ſuo patrimonio penitus eſſe eum alienatum. In tali itaque comparatione nos, qui fautores [3] libertatis ſumus, ſic ambiguam teſtatoris interpretamur [4] voluntatem, tanquam ſi voluerit eum libertate in ſua parte donare. Et cum jam de communibus ſervis manumittendis ſtatuimus, quid in hujusmodi caſibus fieri oporteat: ex illius ſanctionis tenore, & hujusmodi ſpecies ſit definita. Fiat itaque liber ex parte quidem teſtatoris, ſecundum [ejus] voluntatem: ex altera autem parte, ex noſtra definitione, pretio [5] ſecundum prædictæ [6] conſtitutionis tenorem, [vel ſocio], vel ſociis ab herede præſtando, vel ſi accipere noluerint, tam [eam] offerendo [7], quam conſignando, & periculo [8] eorum deponendo: cum ſatis abundeque imperiale [9] eſt, humaniorem ſententiam pro durioribus ſequi.

TIT. VIII.

DE SERVO PIGNORI [10] DATO MANUMISSO.

Maritus dotis dominus ſervum dotalem manumittit, ſed non invita uxore, cui ſpecialiter pignori dedit. Salic.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Proculo.

LIcet dotale mancipium vir, qui ſolvendo eſt, poſſit manumittere: tamen ſi te pignori [11] quoque datum mulieri apparuerit, invita ea non poſſe libertatem adſequi, non ambigitur.

Tacita bonorum obligatio, etiam ſifci, non impedit libertatem ſervi, niſi fraus, & eventus intervenerit. Salic.

2. Iidem AA. Abaſcanto.

LIbertas a debitore fiſci [12] ſervo data, qui pignori non eſt ex conventione ſpeciali [13], ſed tantum privilegio fiſci obligatus, non aliter infirmatur, quam ſi hoc fraudis conſilio effectum detegatur.

Etiam expreſſa generalis obligatio bonorum non impedit ſervum manumitti. Salic.

3. Iidem AA. Antonio.

AB [14] eo, qui bona ſua pignori obligavit, *quæ* [15] *habet, quæque habiturus eſſet*, poſſe ſervis [16] libertatem dari certum eſt. Non [17] idem juris eſt in his ſervis, qui pignoris jure ſpecialiter [18] traditi vel obligati ſunt.

Conſentiente creditore, debitor jure manumittit ſervum, quem ſpecialiter pignori dedit. Salic.

4. Imp. ALEXAND. A. Sabiniano.

SI (ut proponis) conſentiente [19] creditore, cui pignoris jure cum aliis mancipiis obligatus fuiſti, a debitore manumiſſus es: potuiſti ad libertatem pervenire. PP. 6. Id. Maji, ALEXANDRO A. CONS. 223.

Satisfactio creditorum confirmat libertates manumiſſorum: nec fraus propria a debitore allegata ei patrocinatur. Salic.

5. Idem A. Extritatiano.

SI creditoribus ſatisfactum [20] fuerit: ancillæ, quæ pignori obliga-

1 Abrogatur, Ulpian. 1. §. 18. §. 19. 2 Res communis dicitur, propria pro parte. vide *l.* 5. *in fin. ff. de leg.* 1. 3 Principes libertatis fautores. 4 Principes voluntatem defuncti poſſit interpretari. vide Mantic. 3. *de conjecturis ult. volunt.* 1. *num.* 31. 5 De quo vide *l.* 1. *ſupr. h. t.* 6 Id eſt, *d. l.* 1. 7 De oblatione & conſignatione alias dixi. 8 Depoſitum periculo creditoris. 9 Imperio dignum, humaniorem ſententiam pro duriore ſequi.

10 *l.* 3. *ff. de manum. l.* 4. *l.* 27. §. 1. *ff. qui & a quib. manumiſſ.* 11 Maritus ſervum dotalem invita muliere manumittere poteſt, ſi tamen ipſe ſit ſolvendo, qui ut ſolvendo ſit, manumittere tamen ſervum dotalem maritus non poteſt, ſi cum ſpecialiter pignori uxori dedit, *ad hic. l.* 21. *ff. de manumiſſ.* adde *l.* 1. *J. de remiſſ. pign.* 12 *d. l.* 3. *d. l.* 4. *d.* §. 1. 13 Tacita bonorum obligatio, etiam fiſci non impedit libertatem ſervis, niſi fraus intervenerit. *l.* 11. *ff. qui & a quib. manum.* 14 Generalis hypotheca bonorum non impedit ſervi manumiſſionem, hoc eſt, nemo, tametſi generaliter bona ſua obligaverit, impeditur ſervum manumittere. Quid ſi ſpecialiter Pamphilum obligavit? dominus eum manumittere non poteſt. *ut hic. Synopſis Baſilic.* 48. *tit.* 15. *cap.* 3. Specialis ſic hypotheca: magis obligat quam generalis. 15 Generalis hypotheca formulam, vid. *l.* 3. *J. h. t.* 16 Maxime neceſſariis. *l.* 4. *l.* 7. *ff. de pignorib.* 17 Vid. *l.* 44. §. 7. *ff. de leg.* 1. vid. quæ notavi *ad l.* 66. *ff. de furtis.* 18 Servus generaliter obligatus manumitti poteſt. *l.* 3. *J. h. t.* ſpeciaſiter non poteſt, *ad hic. & l.* 2. *ſupr. h. t.* niſi creditoris conſenſu. *l.* 4. *J. h. t.* 19 Dixi ad *l.* 3. *ſupr. h. t.* adde *l.* 1. *J. de remiſſ. pign.* 20 Vide *l.* 16. *ff. qui & a quibus manumiſſ. l.* 53. *in fin. ff. de furt.* 21 Turpitudinem ſuam, cujus cui fuccellit, allegans nemo auditur. *l.* 30. *ſupr. tranſact.* 22 Servi a tutore, pupilli pecunia comparati, pupillo ſpecialiter obligati intelliguntur: ideoque a tutore non poſſunt manumitti. 23 Pupillus in re, ſua pecunia comparata, tacitam habet hypothecam. adde *l.* 6. *ff. in quibus cauſ. pign. tacit. Negotiantium* 2. *de pignoribus a num.* 163. 24 Quæ citatur *l.* 3. *ff. de reb. eorum qui ſub tutela.* 25 Servos ex pecunia dotali comparatos maritus manumittere poteſt. 26 *l.* 12. *ſupr. de ſure dot.* 27 *l.* 21. *ff. de manumiſſ.* 28 Dixi *ad L.* 40. *D.* 3. Servi reipublicæ, ſervi populi Romani, vel alterius civitatis, *l. penult. J. de tabulariis. lib.* 10. *tit.* 69. ad id deputati erant, ut ſervitem tabulario civitatis. Per eoſdem ſervos publicos plerumque ſtipulabantur. *l.* 3. *J. de ſtipulan. ſeruor. l.* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *ff. rem pupill.* 29 Forma manumittendi ſervos publicos in provincia publici, decretum ordinis, §. *h. t.* conſenſus præſidis, *ut hic*, vicarii ſubſtitutio. *l.* 2. *J. h. t.*

32 Dixi *ſupr.* 33 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 34 *l.* 8. *J. de patria poteſtate.* 35 *l.* 6. *J. de pagan. municip. l.* 1. *ſupr. de ſure dior. annul.* 36 *Veſtri Libici*, Cujac. *hic.* fuit Veſtiorum familia Romæ. Ita *Veſtium Balbinum* legimus, *l.* 1. §. *de bon. matern.* & Veſtium Atticum, & Veſtium Valentem, & Veſtium Priſcum, & Veſtium Chilonem (cujus [legis] poteſtatem ſenatusconſulto jubentio Celſo iterum, & Neratio Marcello [37] conſulibus [38] facto, ad [39] Provincias porrectam conſtitit) manumiſſus, civitatem Romanam conſecutus es: poſt vero ut libertus tabularium [40] adminiſtrando, libertatem quam fueras confecutus, non amiſiſti [41]: nec actus tuus filio ex liberis ingenuo ſuſcepto, quominus decurio eſſe poſſit, obſtat.

TIT. X.

DE HIS, QUI A NON [42] DOMINO MANUMISSI SUNT.

Scienter manumittens ſervum alienum, ut proprium, tenetur domino hoc eligenti ad pretium. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Cornelio.

EUm, qui ſervos alienos, ac [43] ſi ſuos manumittit, ut [44] pretium eorum dominis, ſi hoc elegerint [45], dependat, [vel] quanti [46] ſua intereſt [47], ſæpe reſcriptum eſt teneri. PP. Kalend. Mart. ANTONINO & BALBINO CONSS. 214.

Si procurator emit ſibi ſervos, antequam tradat domino, poteſt manumittere illos. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Mercuriali.

FEliciſſima, quam mandante [48] te ſervum emiſſe dicis: ſi domi-

32 *l. 1. ſupr. h. t.* 33 *l. 1. ſupr. de liber. annul.* 34 *l. 31. in fin. ff. de fideicomm. libert.* 35 Confervatur libertas ſervo alieno collata, ſi dominus contentus ſit pretio ſervi. 36 Idem eſt rei pretium & quod intereſt, ut Thalelæus his notæ apud Cujacium 9. *obſ.* 31. 37 Procurator ſervos a ſe emptos domini mandato, antequam eos mandatori tradiderit, potest manumittere.

nium servi, quem manumiſit, nondum [1] ad te tranſtulerat: fruſtra petis, ut denegata libertate ejus, quem manumiſſum dicis, poſſeſſio tibi tradatur.

Non venditione hereditatis, ſed traditione rerum tranſfertur dominium. Salic. & Bald.

3. Idem A. Pompejo.

QUi tibi hereditatem vendidit, antequam [2] res hereditarias traderet [3], dominus earum perſeveravit: & ideo [4] manumittendo libertatem ſervo hereditario præſtitit. PP. 6. Kalend. Auguſt. AGRICOLA, & CLEM. CONSS. 231.

Tenens ſervum precario, non manumittit. Salic.

4. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Zoilo.

SI non proprietatem donaveras, ſed miniſterium [5] ancillæ dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium uſum habebat, domínio tuo nihil [6] præjudicavit. Nemo enim alienum ſervum, quamvis ut proprium manumittat, ad libertatem perducere poteſt.

5. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Marcellinæ.

SI tradita ſunt ex donatione [7] mancipia, **jus manumittendi donatrix** non habuit.

Filius, qui per ſe non poteſt manumittere, nec patri poteſt conſentire. Salic.

6. Iidem AA. & CC. Milio, **& aliis.**

SI pater ſervum veſtrum [8] licet vobis minoribus **viginti** [9] annis conſentientibus manumiſit: ei libertatem præſtare non potuit.

Libertas præſtita ſervo alieno cum judicis, vel Principis decreto non præjudicat domino vero. Salic.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum P. P.

SI [10] a non dominis libertas detur mancipio alieno: ſiquidem **ab his** judicibus impetrabitur, quibus dandi [11] jus eſt: fine ulla trepidatione pœnæ facilis diſſolutio eſt. Si vero jubentibus nobis, quicquam lege [12] actum eſſe doceatur, & non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petiſſe [probetur]: tunc eodem, qui in conſpectu [13] noſtro libertatem monſtrabitur [a non domino] conſecutus, ei protinus, ad cujus proprietatem pertinet, reſtituto: is, qui mancipium alienum fallendo [14] Principis conſcientiam manumiſit, mancipia duo cogatur domino ejus dare, ejusdem ſexus, ætatis, atque artis, [cujus] conſtiterit eſſe manumiſſum, & alia tria [iſco] eadem ratione ſimilia. Quæ mulcta non ſemper imponitur, ſed potius conquieſcit, ſi forte manumiſſus inferentem ſibi quæſtionem ſtatus, objecta legitima præſcriptione [15] potuerit excludere: cum ſibi amiſſi mancipii damna debeat imputare [is], qui in perniciem ſuam geſta taciturnitate [16] firmavit. PP. Id. Jul. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

TIT. XI.

QUI MANUMITTERE NON [17] POSSUNT, ET NE IN FRAUDEM [18] CREDITORUM MANUMITTATUR.

Creditor intelligitur etiam, cui ex ultima voluntate ad libertatem præſtandam debetur. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Antiocho.

CErtum [19] jus eſt, non alias directas libertates per legem Æliam Sentiam [20], quæ ſunt in fraudem creditorum manumiſſorum [datæ] revocari [21], *niſi & conſilium* [22] *fraudis, hoc eſt animus manumittentis, & eventus damni ſuum recipere volentium ſequatur.* † Inter [23] creditores autem etiam eos numerandos eſſe, quibus fideicommiſſum debetur, olim placuit. PP. 3. Id. Novemb. MAXIMO, & ÆLIANO CONSS. 224.

Servus etiam per interpoſitam perſonam ſervum peculiarem non manumittit. Salic.

2. Idem A. Nataliano.

SErvos meos, nec per interpoſitam [24] perſonam ad libertatem perducere homines peculii ſui [25] poſſe [26], mandatis [Principum] comprehenditur.

1 *l. 3. ff. h. t.* vid. *l. 8. §. de act. empt.* 2 Vid. *l. 2. §. h. t. l. 11. §. de act. empt. l. 2. ff. de mancip. & ubi.* 3 Non venditione, ſed traditione dominium tranſfertur. *l. 20. §. de pact.* 4 *l. 18. ff. de manum.* 5 Id eſt, uſum precarium. *ff. eod.* ſolve, fructuarius inutiliter ſervum manumittit. *l. 9. ſupr. de uſufruct. & e contra.* 6 *l. 5. ff. pro donat.* 7 Et quidem caſtrenſia. 8 Hic ratio dubitandi ſumitur ex lege Ælia Sentia. vid. 48. *Eclog. t. c. 16.* 9 *l. un. C. Th.* 10 Manumiſſionem apud judicem factam a non domino revocare verus dominus poteſt: nulla pœna mutando eo qui manumiſit, *ut hic in princ.* Quid ſi apud Principem quis alienum ſervum manumiſit? ſervum ita manumiſſum verus dominus in ſervitutem poteſt retrahere: ſed & qui ita manumiſit, vero domino duo alia mancipia præſtare cogitur, ætate, ſexu, indole atque arte ſimilia: eoque amplius fiſco tria, eadem ratione ſimilia, *Syn. Baſil.* 48. *tit.* 25. *c.* 7. 11 Vid. *l. ult. §. de vindict. libert.* 12 Hinc legis actio, 13 Principis conſpectus delictum auget. *l. 16. §. 6. ff. de pœnis.* 14 Decretum obreptitium non valet. 15 Obreptitia manumiſſio præſcribi poteſt. 16 Redimendi jus præſcribi poſſe hinc colligunt. vid. Rolandum a Valle 1. *Conſil.* 21. *num.* 8.

17 Dixi ad *l.* 40. *D. 9. L. 1. Inſtit. 6.* 18 *§. 3. Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt.* 19 Libertates in fraudem creditorum datæ revocantur. *Syn. Baſil.* 48. *tit.* 26. ex *tit.* 7. *c.* 34. 20 Vid. Cujac. 8. *obſ.* 25. 21 Ipſo jure. 22 *l. 23. ff. qui & a quib. manumiſſ.* 23 *l.* 27. *verſic. ex omni. ff. qui & a quib. manumiſſ.* 24 Puta imaginarium emptorem, *l. 13. ff. de jure patr.* 25 i. e. Vicarios ſuos. 26 Quamvis eorum quaſi domini ſint. *l. 17. ff. de pecul.* Videbatur etiam hoc quaſi præcipuum concedi ſervis principum, ut de peculio teſtarentur. Iisdem Leo *Nov.* 38. dedit teſtamenti factionem. 27 Idem D. Adriano placuit: Namque is rogante populo, ut quendam **αὐτεπαγγέλτως** manumitteret, per tabulam reſpondit, ſe id peti non debere, ut alienum ſervum liberaret, vel ut dominum cogeret manumittere: idque Dio ſcribit *in Adriano.* Sed hujus ita definiendæ rei primus auctor D. Marcus extitit. Suetonius *in Tiberio cap.* 27. refert, Accium coactum fuiſſe in ſpectaculo comœdum manumittere. vid. Petrum Fabr. apud Cujac. 2. *obſerv.* 22. 28 Puta magiſtratus qui populo aliquod munus edit. 29 Acclamatione, ſcil. populi. *l. 17. ſupr. de uſufruct.* ſic forte ſervus actor fabulæ placuerat. Eandem legem Atticis fuiſſe refert Æſchines contra Creſiphontem: **κρῆναι ἐλεύθερον ἐκ τῆς ὀρχήστρας.** 30 Fabulæ ſcil. hiſtrionem. 31 Hodie manumittere ex ætate quis poteſt, qua teſtamentum facere. *Novell. 119. cap.* 2. & ita hæc lex & *l. 102. ff. de leg.* 1. abrogantur. 32 Id eſt, ſervos. 33 Alteri ſcil. idque venditionis imaginariæ cauſa, ut emptor eos poſtea manumitteret. hoc itaque innuit, minorem per interpoſitas perſonas manumittere non poſſe. *l. 4. ff. de ſervis exportandis.* 34 *Sine conſilio*, Revarrius. 35 Qua ætate quis manumittere poſſit. 36 Cafus eſt diverſus a ſuperiore. Sunt hæc diverſa: Servum jam tum in fraudem fiſci manumittere: & ſervum ea lege emere, ut eum mox manumittas. Prius non licet, *ut hic*, licet poſterius. *l. 45. §. 3. ff. de jure fiſci.* 37 Venditori. **τῷ πράσει.** ita legum Græci, teſte Cujacio *hic & in l. 83. ff. de verb. ſign.* ſic ſentio, in hac lege mutari nihil etiam poſſe, ut hoc velle videatur imperator: licere fiſci debitori emere mancipium, ut manumittat, *l. 45. §. 3. ff. de jure fiſci.* Alias interpretationes vide apud Accurt. & Cuj. *hic.* 38 Id eſt, emptus. 39 Fruſtra libertas a tutore ſervo pupilli fui datur, licet ſervo ea debetur. *l. 13. ff. de manum.* ut hanc particulam referas ad vocem *debitam*, *l. h. t.* quaſi dicat, *neque debitam*, alioquin ineptum eſt dici, neque fideicommiſſariam, neque directam libertatem a tutore præſtari. directa namque libertas non a tutore, ſed a defuncto præſtatur. Quid ſi voluntate pupilli manumiſit? Cujac. 14. *obſerv.* 33. putat recte manumiſſum. Nam ſi ſervum patris, conſentiente patre, filius poteſt manumittere. *l. 16. l. 22. ff. de manumiſſionibus. l. 4. l. 25. ff. de manumiſſ. vindict.* Cur non & ſervum pupilli tutor manumittet conſentiente pupillo? Eſt enim tutor domini loco: tutor & pupillus unus, pater & filius, unus: & ambo quaſi unus. Nec alia etiam ratione curator furioſi ſervum ejus manumittere non poteſt, quam quod nullus ſit furioſi conſenſus. vide reliqua apud eundem. 41 In fideicommiſſariis libertatibus fraus confideratur ex eventu tantum, & ita lex Ælia Sentia locum in fideicommiſſariis libertatibus non habet, ſed in directis tantum.

42 In perpetua vincula damnati. *l. 1. ff. h. t.* teſtamento prohibiti manumiſſi. *l. 2. ff. h. t.* 43 *Antonius & Verus AA.* vel ita legendum eſt, *Antonius A.* & hæc ſententia Papiniano tribuitur in *l. Fratres imperatores. §. ff. de pœnis.* 44 Legendum eſt *Prius*, alias Claudius centum annis ſenior, non fuerit horum imperatorum pater. 45 Damnati in perpetua vincula manumitti non poſſunt, aliud ergo fuerit, ſi in temporaria vincula damnati. 46 Damnatus in temporaria vincula, non eſt ſervus, ſed manet in poteſtate dominoque ejus, cujus fuit, antequam damnaretur. Quid ſi in perpetua? idem dicendum in *l. §. in fin. ff. de pœnis.* 47 *Dal. 16. Kal. Jul. ipſo Antonino & Vero AA. Conſulibus*: Cujacius hic. 48 Pœnæ cauſa manumitti a teſtatore vetitus, nullo modo poteſt manumitti: *l. 4. §. 9. ff. de manumiſſ. l. ult. §. de rebus alienis*: his adde & cum quis ita ventis ne manumitteretur. *§. ſi manumiſ. ita ſuer.*

vitutem male meritis ſervis irrogare, ut nec per ſuppoſitum emptorem ad libertatem perduci poſſint.

TIT. XIII.

PRO QUIBUS CAUSIS SERVI PRO PRÆMIO [1] LIBERTATEM ACCIPIUNT.

Cæde domini indicata.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Firmino [ſervo].

QUoniam [2] religioſa ſolicitudo ad augendam, provocandamque fidei obſervationem, juris præmio adhici debet, ſi ad ulciſcendam cædem [3] domini incorruptis probationibus, ac ſtrenuo niſu conſtiteris: libertatem [4] quam his, qui dominorum cædem vindicant [5], jampridem Senatusconſultis [6], & Statutis Principum præſtari ſancitum eſt, etiam tu pro tam ingentibus meritis, non ex ipſo facto, ſed aditione & ſententia Præſidis reportabis. PP. 7. Id. Decembr. & MAX. CONSS.

Monetæ adulteris delatis.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

SErvi, qui *Monetarios* [7] adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes, in publicum detulerint, civitate Romana donentur, ut eorum domini pretium a fiſco percipiant. Dat. 15. Kal. Decembr. *Romæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CC. CONSS. 321.

Raptus virginis crimine delato.

3. Idem A. ad populum.

SI quis ſervus *Raptus* [8] [virginis] facinus diſſimulatione præteritum, aut pactione transmiſſum, detulerit in publicum: libertate donetur. Dat. Prid. Kal. April. *Aquil.* CONSTANTIN. A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 320.

Desertore militiæ prodito.

4. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS, AAA. ad Syagrium P. P.

SI *Desertorem* [9] militiæ ſervus prodiderit, libertate donetur. * Id. Jul. *Romæ.*

TIT. XIV.

DE INGENUIS MANUMISSIS.

Ingenuus teſtamento manumiſſus non efficitur libertinus: & tamen tenetur manumittenti veſtituere quicquid de ejus domo, vel ejus contemplatione meruit. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Phileto.

SI ingenuum te ex teſtamento manumiſſum eſſe dicas: apud ſuos judices cauſam agere debes, ſi tamen juſtum [10] contradictorem habes, id eſt, eum, qui ſe patronum tuum eſſe dicit: memor ſenatum conſuliſſe, ut qui poſt manumiſſionem originem repetierint, ea, quæ de domo manumiſſoris habent, ibi relinquant [11]. In qua cauſa etiam legata, ut liberto data eſſe, juris prudentibus placuit.

Obſequia ſervitutis non faciunt ingenuum ſervum. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Pompejæ.

INgenuam natam, neque nutrimentorum ſumptus [12], neque ſervitutis obſequium [13] faciunt ancillam, neque manumiſſio [14] libertinam. PP. 5. Id. Maji, SABINO II. & VENUSTO CONSS.

Si manumiſſa eſt, poſtea ex antiqua cauſa pronunciata ingenua, liberi ante nati probantur ingenui. Salic.

3. Imp. PHILIPPUS A. Feliciſſimo.

SI aviam tuam uti ancillam manumiſſam [15], poſtea ingenuam [eſſe] ſolenniter conſtiterit, ſtatumque ejus juſtæ ſententiæ tuetur auctoritas: filios ejus, quamvis ante ſententiam ſuſceptos, ingenuam libertatem non immerito flagitare, ſi cum peritioribus [16] tractatum habuiſſes, facile cognoſceres.

In hoſtilitate inter duas civitates conſiſtente captus, non efficitur ſervus.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Agrippæ.

CUm cognatum tuum ingenuum [17] natum [ex] Palmyrenæ [18] factionis dominatione redemptum [19], velut [20] captivum diſtractum eſſe dicas, Præſes provinciæ ingenuitati ſuæ reddi eum efficiet.

1 Sine manumiſſione. *facit l. 40. ff. §. & 28. Eclog. l. ex tit. 18. cap. 1. ſil.* 822. 2 Servus qui domini cædem indicavit, ad libertatem pervenit: velut pro præmio indicii, libertate ei conceſſa præſide liberum eſſe pronunciante, *ut hic. & Synopſis Baſil.* 48. *ex tit.* 18. *cap.* 1. & 2. Harmen. 8. *§.* 29. 3 Id eſt, ſi necem domini ſervus indicaverit. 4 *l. 5. in fin. ff. de injur.* 5 *l. 1. §. de præſcr. imperatori. inſ.* indicant. Cujac. 18. *obſervat.* 22. & ita quoque legitur a Græcis, ὁ θεῖος **κατάμονος.** *Eclog. d. loco.* ubi etiam præmium indicii **ἐπαθλον τῆς μηνύσεως** vocant. 6 Duobus iſdemque, quorum unum eſt Silimianum, de quo *vel l. 1. ff. de SC. Silaniano.* alterum *in l. 3. §. 13. ff. d. tit.* 7 Servus reum falſæ monetæ deferens, pro præmio indicii, libertatem conſequitur, *ut hic, leg. Pramio. 5. Cod. Theod. de falſa moneta. Synopſ. Baſil. d. tit.* 18. *cap.* 2. adde *l. 1. J. de falſa moneta.* 8 Si ſervus raptum detulit, fit liber. *l. 5. in fin. ff. ad legem Jul. de vi publ. Synopſis d. tit.* 18. *cap.* 3. 9 Si ſervus defertorem militiæ indicavit, fit liber. adde *l. 1. J. de defertoribus. Synopſis d. capite* 2. *in fine.* 10 *l. 1. ff. ſi ingenuus. l. 3. ff. de colluſione.* 11 *l. 3. §. 1. ff. ſi ingenuus.* 12 *l. 3. J. de inſ antibus expoſitis.* 13 *l. 11. J. h. t. l. 10. §. 2. J. de liberalib. l. 3. §. de ſervis reſpub. l. 22. §. de prob.* 14 *l. 3. J. h. t.* vide *l. 3. §. de vindict. libertat.* 15 *leg. 2. ſupr. h. t.* 16 Peritiores conſulendi. 17 **Ingenuum**, *factum ex Palmyrena faſtionis velut captivum, diſtractum &c.* Cujacius ita rectiſſime emendat. 18. *obſ.* 22. 18 Mortuo ſcil. ſub Gallieno, Valeriano ab Odenato Palmyrenorum rege. *Vopiſc. Trebell. Pollio* (ſeu, ut Sextus Rufus ait, Dexippus) *& Zonoſius* de ejus uxore, quam devixit Aurelianus: his adde quæ de tyrannide Baſſiſci, & Aviidii Caſſii dixi ad *l. 16. §. de ſacroſ. eccleſ.* 19 Ingenuus, qui ex Odenati vel Zenobiæ tyrannide redemptus fuit, retinetur quidem veluti jure pignoris: non tamen recte diſtrahitur velut captivus, eaque diſtractio ingenuitati ejus nihil præjudicat. *facit l. 12. J. h. t.* 20 Recte hoc additum eſt. Nam facto, rebellio vel bellum civile captivum non faciunt. *l. 21. in fin. ff. de captivis.* 21 Vide repetitionem Blanceri ad hanc legem. *Goth.* Adde Sarmient. *lib. 1. c. 2.* Rinſchot. *Reſp. 19. num.* 19. An citatio facta ex hac lege inducat litis pendentiam, vid. Zanger. *de Except. part. 2. cap. 13. num.* 14. *& ſeqq.* Ant. 22 In hanc legem ſcripſit Cagnolus, præter quem vide Philip. Portium *lib. 4. conſuſ.* 159. Molinæum *de divid. & individ. part. 2. n.* 6. Covarruvium *lib. 1. variar. reſolut. cap.* 18. Mſi. 23 Quid, comperens judex in hypotheſi ſeu ſpecie hujus conſtitutionis, quis ſeturas eſt? Quidam diſſamantis judicem putant judicem fore. *argum. l. furti manifeſti.*

nem. 2. ff. de juriſdictione. leg. ult. T. ubi in rem actio. Contrariam tamen ſententiam communem magis & veriorem refert Blanerus in repetitione hujus legis, *cap. 4. num. 2.* hoc eſt, competentem judicem in hac ſpecie fore judicem diſſamati non diſſamantis. Quinimo diſſamantem ubique poſſe conveniri refert, *argum. l. 3. ff. de offic. præſid. l. 1. J. ubi de criminibus.* Alex. 5. *conſil.* 103. Cauſam hanc adferunt, quod qui ex hac lege agit, non ſit actor, ſed reus: agit enim ut alius agat, & ut ejus actionem excipiat. 24 Invitus agere nemo cogitur. *l. 1. J. ut nemo invitus. l. ult. J. de uſur. pupillarib.* nisi alium diſſamet quovis modo civiliter, *ut hic.* vel criminaliter. *l. 7. J. qui accuſ. l. 3. §. 7. ff. de re milit.* aut ſibi jus vel obligationem aliquam in fundo, domo & bonis alterius competere aſſerat. dixi quædam ad *l. 13. §. 30. ff. de act. empt.* vide Ferrar. *in formu. reſpond. libelli in actione hypothecaria* 42. *in verbis & remanſationis 10. num.* 2. vide Mynſing. 3. *obſerv.* 78. adde *l. 40. ff. ad l. Aquil.* His enim caſibus cogitur adverſarius intra certum tempus experiri, ac nihil id faciat, perpetuum ſili ſilentium a judice indicitur. 25 Miniſterium exhibitum etiam per longum tempus, ingenuum ſervum non facit. *l. 2. §. 1.* 26 *l. 3. J. de long. temp.* 27 *l. ult. J. de ſervis reip.* 28 Natalium veritas ingenuum tuetur. 29 Renuncians liti ſtatus, non fatetur omnino adverſarium ingenuum eſſe, quantumvis ipſe ſibi præjudicet. Renunciatione lites non faciunt eum ingenuum qui ingenuus non eſt. *l. 27. §. 1. ff. de liberali.* 30 Ingenui naſcuntur, libertini fiunt. *Inſt. de ingenuis.* 31 *l. 3. §. 1. ff. de ſtat.* 32 *l. 2. J. de collat. detig.* 33 Pactis aut transactionibus adſtentis & ignaratis cuiſque nemo præjudicat. 34 Vid. *l. 11. §. de oper. lib.* 35 Poſtliminio libertas recipitur. 36 Præſides cognoſcunt de cauſa libertatis. 37 Id eſt libertine, ut *§. 2.* 38 Nomina ad ſingulos recognoſcendos inventa. *l. 9. J. de liberali. §. 29. Inſt. de legat.* vide *l. ult. ſupr. de ſervis reipublicæ.* 39 Nominis mutatio non eſt evidens ſervitutis juſtæ argumentum. Non eſt igitur juſta collectio: Nomen mutavit: ergo & ſervus fuit. 40 *l. 2. l. 6. §. h. t.* 41 Vid. *l. ult. ſupr. de ſervis reipub.* 42 *l. 2. & 6. tit. §. h. t.* 43 Ingenuus operas locare poteſt. 44 Plagio abducta libertatem non amittit. facit *l. 3. & l. 2. §. h. t. l. 2. §. ubi de requirendis.* Quid ſi a plagiario vendita? ne tunc quidem libertatem amittit. *l. 11. J. ad l. Fab. de plagiariis.* Quid ſi filio plagiarii bona commiſſa? ne tunc quoque, *ut hic.* 45 Renunciaſſe libertinitatis probationi non videtur, qui ſe ingenuum dixit, nec obſtat, *ut hic.* Ad eundem modum putant, utile dominium eum etiam vindicare poſſe, qui directo ſuccubuerit. *l. 39. §. 1. ff. de evict.* & velut fiduciarium experiri poſſe, qui ut proprietarius non obtinuerit. Bal ques *hic.*